



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Stavrologia Coloniensis**

**Gelenius, Aegidius**

**[Coloniae Agrippinae?], [ca. 1636]**

XVII. † Metallina In Æde S. Georgij.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64564](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64564)



correptus murum ac vicinas domos nō subuertit tantum, sed ipsam etiam turrim vsque ad fundamenta deiecit, vt nullæ adeo in toto oppido ædes à conuulsionis damno liberæ manerent, sola tamen simulachra, historiam repræsentantia occisi in monte Caluariæ Christi, licet vicinissima inflammatæ turri puluerariæ essent, intacta remanserunt. Ipse quidem templi, post Crucis tergum, fornix totus laxatus est ac disruptus, imo vectes etiam ferrei ac pugno crassiores è ferro perticæ, quibus Crux & imagines iunctæ sustentantur, pulueris violentiæ referuntur cessisse incuruatæ, sed in ipsa Dominicæ Crucis repræsentatione statuarum nulla est vel minimum læsa, cuius rei omnium incolarum aduenarumq; oculi testes sunt.

XVII. ✠  
METALLINA IN ÆDE  
S. Georgij.

**C**olonix in sacra B. Georgij eade hodie Crux est multis celeberrima miraculis, quæ ad ægros & in primis partus



rus difficultate laborantes fœminas præ-  
lucente face deferri consuevit. Huius  
religionis originem dum indago, hoc  
vestigium reperi antiquitatis in Cæsario  
Heisterbacensi lib. 8. illustrium mira-  
culorum c. 25. vbi ita refert:

*Colonia in Ecclesia S. Georgij Martyris Crux Sacri-  
metallina est, effigiem habens Saluatoris, per legium  
quam miracula multa facta sunt ac sanitates, Aeditus  
vnde multa luminaria Matrone Ciuitatis co- Crux  
ram illa accendere consueuerunt: maxima ta- vindi-  
men causa illarum virtutum fuisse creditur, cat.  
portio Dominici Ligni, que inclusa habebatur,  
qua nunc extracta, gemmis & auro circumda-  
ta est: Campanarius vero eiusdem Ecclesia, cum  
nullam ei reuerentiam exhiberet, sed vadens  
cubitum frequenter luminaria inde subtrahens,  
in vsus suos conuerteret, nocte quadam cum se  
in lectulum inclinasset, & adhuc vigilaret,  
Crux eadem ad illum venit, & cum voce incre-  
pationis tam valide tucudit, vt infirmatus mul-  
tis diebus sanguinem vomeret. Huius miraculi  
ego bene recordor, & erat celeberrimum in tota  
Ciuitate, ita vt ab illo tempore in maiore ve-  
neratione habita sit eadem Crux.]* Hactenus  
Cæsarius.

Hodie Crucem illam metallinam ar-  
gen-



gentea vestit lamina, & cum ad parturientes defertur, orationes atque Evangelia, præscripto per Capitulum ritu à Sacerdote ex Libro recitantur, in eundemq; Librum beneficia à Deo obtenta referuntur. Adhæc, prout ab Ecclesiæ Thesaurario audiui, inclusa quoq; sunt metallinæ Cruci paucula sarmenta derasa, cum Crucis Dominicæ reliquiæ polirentur, & in nitidiore argentea Hierotheca recondentur.

XVIII. ✠  
IN WESTHOVEN.

**L**ibet hic subtexere, quod sequenti capite subnectit Cæsarius, de Cruce in Westhouen Diœcesis Coloniensis, primo ultra Tuitium trans Rhenum lapide.

*In Comitatu de Monte, non multis abhinc annis inter duas cognationes militum tam graues inimicitia orta sunt, vt se inuicem caperent & occiderent: Die quadam cum plures vnius partis conuenissent in Ecclesia Villa, quæ Vestupe dicitur, aduersa parti per vetulam proditi sunt; dederat enim signum, dicens: Quoties intrare-*